



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum cum bigamo liceat dispensare? 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

604 QVÆST. LXVI. ART. V.  
& iterum erant ad hoc ordinata, non autem bapti-  
mus ad hoc ordinatur.

A R T I C . V.

279

Vtrum cum bigamo licet dispensare?  
**A**d quinque sic proceditur. Videtur, quod cum  
bigamo non licet dispensare. Quia Extra de-  
f. c. nuper bigamis dicitur, Cum clericis, qui in quantum in  
extra de: ipsis fuit, secundas sibi mulieres coniunxerunt mari-  
bigam. monialiter, tamquam cum bigamis non licet di-  
spensare.

**¶ 2** Præterea, Contra ius diuinum non licet di-  
spensare. Sed omnia que in Canone dicuntur, ad ius  
diuinum pertinent, Cum ergo Apostolus in scriptura  
1. Tim. 3. Canonica dicat \*, Oportet Episcopum non nisi viuis  
vxoris virum esse, videtur quod in hoc non possit  
dispensari.

**¶ 3** Præterea, Nullus potest dispensare in his que  
sunt de necessitate sacramenti. Sed non esse irregu-  
larem, est de necessitate sacramenti ordinis: cum si  
significatio que est sacramento essentialis, desit in eo  
qui est irregularis. Ergo non potest in hoc dispensari.

**¶ 4** Præterea, Hoc quod rationabiliter faciūt, et  
non potest rationabiliter mutari. Si ergo potest ra-  
tionabiliter dispensari cum bigamo, irrationaliter  
est ei adiuncta irregularitas; quod est inconveniens.

**Sed contra** est, quod Lucius f. Papa dispensauit  
cum Episcopo Panormitano, qui erat bigamus.

**¶ 5** Præterea, Martinus \* Papa dicit, Lector si vi-  
duam vxorem accipiat, in lectoratu permaneat; ac  
si necessitas fuerit, subdiaconus fiat: nihil autem su-  
pra. Similiter si bigamus fuerit, Ergo ad minus vige  
ad subdiaconatum cum eo dispensari potest.

**RESPONDEO** dicendum, quod bigamie non est  
adiuncta irregularitas de iure naturali, sed de iure  
positivo: nec iterum est de essentialibus ordinis, quod si  
aliquis non sit bigamus: quod patet ex hoc, quod si  
aliquis bigamus ad ordines accedat, characterem ac-  
cipit. Et ideo Papa potest dispensare in tali irregu-  
litate.

f. ita re-  
fert glof  
in deer.

d. 24 ca

Lector.

\* refer-

gur in de-

cret. d. 24

c. Lector.

ritate totaliter: sed Episcopus, quantum ad minores ordines. Et quidam dicunt, quod etiam quantum ad maiores, in illis qui volunt Deo in religione seruire; propter vitandum religiosorum discurlum.

Ad primum ergo dicendum, quod per illam Decr. ostenditur eadem esse difficultas dispensandi in illis, qui de facto cum pluribus contraxerunt, ac si de iure contraxisserent, non quod subtrahatur simpliciter potestas Papæ dispensandi in talibus.

Ad secundum dicendum, quod hoc est verum, quantum ad ea quæ sunt de iure naturali, & quantum ad ea quæ sunt de necessitate sacramentorum & fidei. Sed in alijs, quæ sunt de institutione Apostolorum, cum Ecclesia habeat nunc eamdem potestatem statuendi & destituendi, quam tunc habuerit, potest per eum qui primatum tenet in Ecclesia, dispensari.

Ad tertium dicendum, quod non quælibet significatio est de essentia sacramenti, sed tantum illa quæ pertinet ad officium sacramenti: & talis non tollitur per irregularitatem.

Ad quartum dicendum, quod in particularibus non potest inueniri ratio, quæ omnibus competit equaliter, propter eorum diuersitatem. Et ideo quod vniuersaliter statutum est rationabiliter, consideratis his quæ in pluribus accidunt, potest etiam per dispensationem rationabiliter remoueri in aliquo casu determinato.

## QVÆST. LXVII.

*De libello repudiij, in septem articulos diuisa.*  
D Einde considerandum est de libello repudiij.

- ¶ Circa quod quaruntur septem.
- ¶ Primo, vrum inseparabilitas matrimonij sit de lege naturæ?
- ¶ Secundo, vrum repudiare vxorem possit esse licitum per dispensationem?
- ¶ Tertio, vrum sub lege Moysi fuerit licitum?
- ¶ Quarto, vrum licet uxori repudiare alium vitum accipere?

¶ Quin-

*Ai. effe-  
tum.*